



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De modo concede[n]di indulgentias c. 23.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

fictæ, non delentur indulgentiis.
¶ Extra Sacramentum facta: quia
tam Sacramentum quam bona o-
pera tollunt partem pœnæ tempo-
ralis: sed non vocatur indulgentia
nisi hæc, quæ ex dispensatione
thesauri Ecclesiastici nobis sancti
Pontifices misericorditer cōcedūt,
potestate ipsis tradita Matt. 16.
Quodcumque solueritis &c.

*De modo concedendi indulgen-
tias. Cap. 23.*

Pœnæ illæ, quæ pro mortali
peccato, iuxta antiquorum ca-
nonum regulã infligebãtur,
vt puta quinque annorum pro ca-
suali homicidio: septem, pro vo-
luntario, & decem pro adulterio:
non respondent tempori pœnæ
purgatorii, quia cum hæc sit in-
itensiuè acerbior omni pœna quæ
in hoc mundo reperiri possit, cre-
dibile non est vnum peccatum

mortale tandiu puniri in purgatorio, & contra fieri potest vt pena quę statuitur per canones pro vno peccato, non exæquet illam quę luenda est pro eodem in purgatorio, secundum Dei iustitiam. Iam uerò per indulgentias non modò pœnæ canonum tolluntur, sed etiam purgatorii, & quę infligenda essent secundum Dei iustitiam. Quando uerò indulgētia, cōceditur sine illa particula, de iniunctis tūc valet etiam quantum ad pœnam, quę in cōfessione imponitur uel nobis imponēta erat, unde tūc pœnitēs nō tenetur de iure illā implere, quamuis consilium optimum sit vt impleatur ad maius gratiæ cumulū acquirendū, quę gratia multo plus valet quā remissio pœnæ